

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**De historiae Iesu tenendae tradendaeque necessitate ac
modo**

**Fickelschers Erben und Stranckmann Fickelschers Erben und
Stranckmann**

Ienae, MDCCCLXXXVI.

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-9740

DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DUX SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LAND GRAVIS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA-
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.

C I V I B V S



Quanquam ad dignitatem Servatoris nostri intelligindam atque admirandam vita eius publica miraculis factisque cum maxime illustris plurimum adducat, sicut superiore dissertatione a nobis evictum est, tamen eam unice intueri, atque vitae privatae contemplationem negligere vel posthabere, nec iustum nec consentaneum videtur. Ac in universum multa reperiuntur, quae domestica quasi studia, mores, disciplinam studiose indagare et diligenter expendere suadeant, praesertim in viris magnis et gravibus publicaque five muneris dignitate, five rerum gestarum laude, five auctoritate justa conspicuis. Quos dum in secessum quasi actionum suarum persequimur, eosdem non sine voluptate videmus ad humanitatem, ut ita dicam, redire, ultra quam egregiis

